FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis, sive Monita, Omnibus ac ...

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

XCIII. Votum solemne, quod propositionem & tractationem solet intercedere, sit breve, & vel ex partibus textus sumatur, vel ex generali quodam dicto Scripturae, quod vel attentionem auditorum ...

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082

Visual Library

XCIII.

Votum ſolemne, qvod propoſitionem & tractationem ſolet intercedere, ſit breve; & vel ex partibus textus ſumatur, vel ex generali qvodam dicto Scripturæ, qvod vel attentionem auditorum ſuſcitet, vel precatiunculam ad Deum contineat.

Ἐξήγησις.

PRopoſitioni & partitioni ſubjicitur Invocatio divini Numinis, ſeu votum, qvo Spiritus S. auxilium imploratur. *Eraſmus* Lib. II. Eccleſiaſt. ſeu de ratione Concionandi pag. 727. Oper. T. V. dicit; morem hunc ſumptum videri à Poetis, qvibus ſolenne eſt propoſito argumento continenter adjicere invocationem Numinis, idqve probat exemplo Maronis, Ovidii, Homeri, Prudentii &c. ſed fallitur. Eſt enim hic mos verè Chriſtianus & Apoſtolicus, ut patet ex Apoſtolorum Epiſtolis, qvas precibus auſpicantur & finiunt. Effertur autem hoc votum *formulis* vel *generalibus* vel *ſpecialibus*: Qvidam in omnibus Concionibus unâ

eademq; utuntur formulâ, vel unum ſolemne votum perpetuò uſurpant, alii verò in formando voto ea, qvæ in textu accommodata videntur, applicant, nonnunqvam ex ſumma partium in Concione proponendarum votum deſumi ſolet, qvod non inconcinnum eſt. Qvidam ad uſus, tanqvam ad finem Concionis dirigunt votum, non rarò temporis, præſertim in diebus Feſtis, in voto habetur ratio. Aliqvi ex ſummâ Exordii, ejusqve verbis preces formare ſolent. Interdum qvoqve votum ex generali aliqvo Scripturæ dicto ſumitur, qvod vel auditores ad devotam attentionem excitet, vel orationem ſeu *εὐχὴν, invocationem Dei* contineat. Sit precatiuncula illa ardens ac vehemens, & ex earum numero, qvæ dicuntur ejaculatoriæ. An vero hoc votum ad Deum in *ſecundâ* vel *tertiâ perſonâ* concipi debeat, de eo diſputant *B. D, Chriſt. Chemnitius* in Meth. Conc. ſect. III. cap. 2. §. 3. & *D. Henr. Mullerus* Orat. Eccleſ. pag. 26. qvorum hic ita breviter reſpondet: *Tertia perſona majoris modeſtiæ & ſedatioris animi indicium, inſuperqve tranqvillioris devotionis inſtrumentum eſt, & omninò reprehendendi ſunt illi, qvi cum nimia vehementia & clamoſa qvadam audaciâ, ſecundâ perſona utuntur. Poteſt tamen etiam ſecunda perſona uſurpari, ſi id fiat modeſtè, piè &*